IN DEI NOMINE, Amen. Nouerint vniuersi, quod anno cõputato à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo trigesimo primo, die vero connumerata vigesima prima mensis Iulij dicti anni, apud Ciuitatem Cæsaraugustæ Regni Aragonum, & in Aula superiori domus Dipputationis dicti Regni vbi Curia Domini Iustitiæ Aragonum solita est celebrari, & dum celebrabatur, ac hora celebrationis illius coram Illustri Domino Martino Ioanne de Mur I. V. D. Locumtenente Illustrissimi Domini Don Lucæ Perez Manrique, militis Maiestatis Domini nostri Regis Consiliarij, ac Iustitiæ Aragonum dictam Curiam tenente, & celebrante pro Tribunali sedente, causasque publicæ more solito audiente, decidente, & determinante, comparuit Michael Cipres Notarius Causidicus Cæsaraugustanus, tanquam Procurator Illustrissimi & Reuerendissimi Domini Don Francisci Nauarro de Eugi Episcopi Ciuitatis Oscen. qui dicto nomine habens & tenens suis in manibus quoddam instrumentũ publicum diuisionis Præbendarum, & Dignitatis conferendis Canonicis Oscen. pergamenũ scriptum, firmatum, signatũ, & sigilatum, & fidẽ ferentem tenoris sequẽtis. IN CHRISTI NOMINE, Amẽ. Anno ab Incarnatione eiusdẽ millesimo tricẽtesimo trigesimo septimo pridie idus Ianuarij, nouerint vniuersi, quod in præsentia mei Notarij, & testiũ subscriptorũ venerabiles Dom. Iacobus Dionys. & Raymũdus de Perelo Canonici Oscen. Vicarij Reuerendissimi Prioris Domini Fratris Bernardi, Dei Gratia electi Oscens. in spiritualibus, & tẽporalibus, in solidũ Generales Martinus Lupi de Azlor Decanus, Arnaldus de Frãcia Præpositus, Martinus de Sarriñena Senior Archidiaconus de Serrablo, Guillermus Bruni de Sala Præceptor, Martinus de Sarriñena Iunior Capellanns Maior, Raymundus Petri Grimonis, Archidiaconus de Ansone, pro se, & Petro Martini de Saruisse Eleemosynario, Dominicus Esquerra, Adani de Viscasilla, Raymundus Porcelli pro se, & Petro Talarin, Archidiacono Vallum, & Bernardus Seroni Canonici Oscens. Congregati in domo Capituli Oscens. Ecclesiæ quędam statuerunt ad perpetuam reimemòriam, & mihi Notario infrascripto dederunt legenda, & publicanda ipsaq; omnia, & singula iurarunt ad Sancta Dei Euangelia corporaliter tacta se perpetuo obseruare, & ab alijs quantum in eis fuerit perpetuo facere obseruari, sub forma in ipsis statutis inferius comprehensa ipsorum igitur statutorum tenor dignoscitur esse talis. QVONIAM ex lata, & dispersa administratione bonorum omniũ, mense Canonicorum Oscens. Ecclesiæ, per diuersos administratores, & Nuntios gesta multa incomoda ipse Ecclesię, actenus prouenerũt, ex eo quod singulis Canonicis de proprio magis, quam de comuni iuxta vicium Generali curantibus, & non valentibus comode comunibus expediẽdis necessitatibus interesse extraneis, & frequenter ignotis personis ipsorum bonorum administratio furtis, & rapinis, exposita plurium est passa: Ex quibus hæc inter cætera mala sunt, orta quod Canonicis, & Beneficiatis ipsius Oscens. Ecclesiæ, non ministratis stipendijs provite sustentatione eis debitis diuinus cultus minuitur seruitium Ecclesiæ subtrahitur, ac murmur, & scandalũ in clero, & populo generatur. Ideo Nos Iacobus Dionys. & Raymundus de Perolo Canonici Oscen. Vicarij in spiritualibus & temporalibus Generales Reuerendi Patris Domini Fratris Bernardi Oscen. Ecclesiæ electi in remot. agent. & Nos Martinus Lupi de Azlor Decanus, Arnaldus de Francia Præpositus, Martinus de Sarriñena Senior Archidiaconus de Serrablo, Guillermus Bruni de Sala Præceptor, Martinus de Sarriñena Iunior Capellanus Maior, Raymundus Petri Grimonis Archidiaconus de Anson, pro me, & Petro Martino de Saruise Eleemosynario, Dominicus Esquerra, Adam de Viscasilla, Raymundus Porcelli, pro me, & Petro Talarin Archidiacono Vallium, & Bernardus Seroni Canonic

Oscen. In domo Oscen. Capituli ad Capitulum congregati habito super prædictis, & infrascriptis in Capitulo propter hoc specialiter sæpius congregato, tractatu plenario, & consilio diligenti, consideratis diuersis modis de seruitio, & honori Ecclesiæ prouidendi, & rei, seu causæ circunstantis, vniuersis tandem per modũ Canonicorũ indemnitati ipsius cõmunis mensę Canonicorum, quæ Præpositiua vocatur, & vtilitati Ecclesiæ specialiter prouidere, ac singulos Canonicos ad seruiendum ipse Ecclesiæ pro sustentationis oportunæ subsidia inuitare, & inducere congruis remedijs cupiẽtes ad honorem, & vtilitatem ipsius Ecclesiæ viginti Canonicorum numerum ab olim in ipsa Ecclesia institutum, & iuramento valatum pensatis facultatibus ipsius mensę, ex certa scientia confirmantes, & alia statuta iurata ipsius Ecclesiæ nullatenus violantes distintionem in ipsa Ecclesia per modum qui sequitur eligimus, & diffinimus facere, ac facimus Præbendarum: *Hac igitur deo proptio in perpetuũ valetura constitutione pro distinctis Præbendis, & pro indiuisso anectimus, & assignamus Canonijs quas in ipsa Ecclesia nunc obtinemus.* Nos Martinus Lupi de Azlor, Arnaldus de Francia, Guillermus Bruni de Sala, Martinus de Sariñena Senior, Petrus Talarin, & Raymundus de Perolo, locum de Igries cum Ecclesia sua, & Ecclesiam loci de Sanctæ Eolariæ, salua inde septinia parte Præbędę, Ægidij Lupi de Iassa, vt inferius cõtinetur CANONIIS, vero quas nũc obtinemus. Nos Raymundus Petri Grimionis, & Petrus Martini de Saruisse, Castrum, & Villam de Buñales, cum terminis suis, vineis, tributis, & alijs terris, & iuribus ad dictum Castrum, & Villã spectãtibus, & cum ornali, & doleys quæ sunt in cellario, & Tabernis cum quarta Ecclesiæ eiusdem loci, excepto tamen molendino; quod inferius alijs Canonicis asignatur, *CANONIIS autem quas obtinet Peregrinus de Vintec, & Dominicus Esquerra Castrum, &*

Præbenda de Tabernas.

Villam de Tabernis cum cuartis Ecclesiarum de Torres, de Violada, de Sangarreu, de Molins, de Yequeda, & cum sotis, paludibus, vineis, & doltjs, vinarÿs. CANONIÆ vero quam nunc obtinet Guillermus Richerij, Ecclesiã de Quinzano, CANONIIS autem quas obtinemus ego Martinus de Satriñena Iunior, & Bernardus Richen, Ecclesias de Ançano, & de Nisano, cum hæreditatibus quas ibi, habet Præpositura, & quartas Ecclesiarũ de Apies, & de Lenis, CANONIÆ vero prædicti Ægidij Lupi, quartas Ecclesiarũ Vallis de Arrasal, scilicet de Arrasal, Bentue Sancti Vincentij de Nouillano, Piedrafita, Omist, cum Ascasso, & Ecclesiã Sancti Bartholomæi, Scalet, Ancanego, & Ecclesias de Algart, & de Iunctas, & septimam partem in dicta Ecclesia loci Sanctæ Eulaliæ cum omnibus iuribus, quæ habet Præpositura in dicta Valle de Arrasal, & dictis Ecclesijs, tam in decimis, & præmicijs, quã tributis. CANONIIS vero quas Nos Iacobus Dionys. & Raymũdus Porcelli, obtinemus Ecclesiã de Torralba, & quartas Ecclesiarum de Marquello, & de Rigulis, ac sufraganearum earũ, ac etiam de Figuerolis, de las Corba, & de Chabierre, & etiam tertiã partẽ decimæ Ecclesiæ de Guart, & Domum, & dominium temporale Domus Sarracenorum, de Quarte, quam, & quod habet in Quart Præpositura, & domos ac hæreditamenta, & ius quod habet Præpositura in Præbedo. CANONIÆ vero quam obtinet Bernardus Stephani, omnia quæ Præpositura habet in loco de Arasques, salua cena capitulo asueta, CANONIIS autẽ quas obtinemus Nos Bernardus Seronis, & Adam de Viscasilla, molendinum de Buñales, cum sotis, terris, & Paludibus dicto molendino contiguis, nec non la vinteña, cum hæreditatibus, & domibus spectantibus ad eandẽ, ac medietatem Castri, & loci Villæ de Alcala, prope Fañanas. CANONIAE vero quã obtinet Berẽgarius la Portella, quartas Ecclesiarũ Darguis de Gratal, Lierta, Anies, & de Casanoba *Prædicta siquidem omnia, & singula loca Ecclesias quartas, molendina iura tributa, & alia vt prædicitur specificata assignamus ad imperpetuum prædictis Præbendis, & singulis earum pro indiuisso, & pro diuisso, pro vt superius est nota-*

tatum, cum omnibus iuribus terminis, & pertinentijs vniuersis, & pro vt, & omnia, & singula dicta Præpositura, nunc obtinebat, & obtinere debebat saluo iure, conferendi Ecclesias, seu præsentandi ad eas, quod nunc obtinet dictus Arnaldus de Francia Præpositus, & cum alio iure suo in vita sua, & saluis inde retentionibus supradictis, & iure Episcopali, & omnibus alijs honoribus quocumq; nomine cēseantur, quæ dicta Præpositura in seu prædictis locis, & corū quolibet sub portare quomodolibet tenebatur, quæ omnia eidem Canonici, & Præbendæ eorum subire de cætero teneantur. MANDAMVS igitur vniuersis, & singulis, quorum interest vel interit in futurum quatenus. *Prædictis Canonicis, & successoribus eorum in dictis Canonijs, seu Præbendis de prædictis omnibus, & singulis de quibus tenebantur, & consueuerunt, & debuerunt respondere communi Capituli, seu communi mensæ Canonicorum vocatæ Præpositura, respondeāt de cætero Canonicis ante dictis, & successoribus eorum iuxta superius, & inferius annotata in prædictis autem locis dictis Canonicis, & eorum Canonijs, pro Præbendis, vt prædicitur assignatis.* Iurisdictionem hominum spiritualem, & Episcopalem Domino Episcopo. temporalem, vero Capitulo Oscen. per Canonicos in ipsorum locorrum Præbendarum nomine Capituli exercendam, specialiter retinemus. Restant ergo adhuc in communi mensa prædicta Ecclesiæ loca, & bona infrascripta, videlicet domus Ciuitatis Oscen. cum sub vrbis cum decimis, etiam de possessionibus Iudæorum, & Sarracenorum, & Alfarta Iudæorum tributis in dictis, & alijs rebus ac molendina. ITEM, Ecclesiæ de Lanaja, de Almudebar, de Tardienta, de Tormos, & Alcala de los Agudos, & hæreditas de Labata, & omnia, & singula quæ inueniri possint ad dictam Præposituram specificatam, vltra superius asigna ta, & similia alia bona ex industris Canonicorū, vel alias ipse comuni mensæ prouenerint in futurum de quorum omnium bonorum fructibus, redditibus, prouentibus, & obuentionibus vniuersis infranscripta beneficia distribui, dari, & solui & onera suportari ordine; qui sequitur decernimus, & etiam ordinamus, videlicet Domino Episcopo, centum caficia ordei, saluo iure pignorum quod Capitulum habet in eis. ITEM Decano, quinquaginta caficia ordei, quinquaginta caficia abene, quinquaginta caficia tritici, & quinquaginta netratas vini per tertium, & qualibet die ij. denarios, diebus Ieiunalibus & vj. feria tertia iij. denarios, & in Quadragesima, & Aduentu die qualibet iiij. denarios, vltra debitam portionem. ITEM Eleemosynario x. caficia tritici, x. caficia ordei, x. caficia abenæ, & viginti netratas musti, & x. de maiolo, & xx. solidi, & x. denarios pro pauperibus in Cœna Domini. ITEM Domino Episcopo, quando præsens est Præbenda videlicet xij. denarios pro quolibet die, & x. caficia tritici pro rata in annum. ITEM x. Portionaris si præsentes fuerint cuilibet octo denarios pro die, cū duplicibus solidis. ITEM sex Capellanis perpetuis cuilibet præsenti vj. caficia tritici, & vj. denarios pro die cū duplis & bestuario asuetis. ITEM Magistro Gramaticæ, & Physicæ cuilibet v. denarios pro diebus singulis, & vj. caficia tritici in anno cum duplis solidis. ITEM quilibet Canonico residenti x. caficia tritici. ITEM Domino Episcopo, si præsens fuerit in Ciuitate, & celebrauerit Vigilia Pentecostes, triginta solidos, in Crastinum Pentecostes xxx. solidos. Die Beatæ Mariæ Augusti xxx. solidos. Die S. Augustini xxx. solidos. ITEM Vigilia Natiuitatis Dni xxx. solidos, & in crastinum Natiuitatis Domini xxx. solidos, Die Iobis Cœnæ xxx. solidos, Vigilia Resurrectionis Domini xxx. solidos, in crastinum Resurrectionis Domini xxx. solidos, & Dominica in Albis xxx. solidos. ITEM Vicario de Pompiē xij. netratas vini, nouem caficia tritici, & nouem caficia ordei. ITEM Vicario de Torralba vj. metratas vini. ITEM Canonicos Iaccens, quādo venerint iuxta morem per iij, dies portionem assuetam. ITEM communi Matutinorū vij. caficia tritici, vj. metratas musti, & iij. de maiolo. lxxxij. solidorum, &

viij.denarios. ITEM subcentori Capellæ Maioris iij. caficia ij. robas tritici, iiij.metratas, & medium vini terrero, & xxiiij.solidos. ITEM Notario Capituli iiij. caficia tritici, iiij. metratas & medium vini terrero. PVERI, Chori, Ianitori Capituli cuilibet ij.caficia & mediũ tritici, & iiij.metratas & mediũ vini terrero, & xlj.solidos, & iiij.denarios, & id quod dandũ fuerit pauperibus reficiendis in Præpositura, & clauiyero. ITEM distributiones quotidianas in Ecclesia ad Horas Diuinas dari solitas. ITEM Aniuersaria infrascripta videlicet pro Petro Bernardo xx.solidos, pro Galcerando de Podio vindi xx. solidos, pro Guillermo de Romerales xx.solidos, pro Raymundo Guillermi de Entenza xx.solidos, pro Benedito Bonanati xx.solidos, pro Rodencio de Atasques xx. solidos. Pro Domino Ademani Episcopo xxx. solidos. ITEM pro Martino Petri Grimoni, & eius vxore xx. solidos, & pro Magistro Raymundo Acuti xx. solidos, Ratione Capellaniarum Imaginis Domini, & Beatæ Luciæ in quarum inuocationibus fit officium duplex. ITEM pro Domino Petro de Vrrea Episcopo xx. solidos, pro Guillermo de Larres iiij. solidos, pro Bernardo Orios v. solidos, pro Petro Dorna xx. solidos, & omnia alia onera solita, & alia etiam ad quæ tenentur nunc Præpositura, & ea, etiamque futuris temporibus, ex diuersis quascumque, & quibuscumque causis incumbentia Capitulo in comuni, & demum omnibus prædictis beneficijs per solutis, & oneribus suportatis, si facultates ipsius mensæ comunis supetant. Cuilibet Canonico, Dignitatem in Ecclesia Oscen. habenti 100.solidos, & cuilibet Oscen. Canonico, Præbendato simplici cxxiiij. solidos, pro bestuario annis singulis in calendis Madij dari, & solui decernimus, & iuuemus, decernentes, & statuẽtes, quod id quod residiuũ ex illis super fuerit satisfacto, ex inde his quibus ipsa mensa comunis, quæ Præpositura vocatur est iam vel remanserit in calendis Septembris proximè futuris, quomodolibet obligata, ex tũc in vna caxia habente duas claues, quarũ vna Decanus, aliã vnus de Cauonicis residentibus, qui per Capitulum ad hoc electus fuerit, teneat reponatur in pecunia numerata comunibus vtilitatibus pro futura, ita quod ex illa, nihil in alios quoscumque vsus quam in emptiones censualium, vel bonorum inmobilium ad opus ipsius mensæ comunis, vel necessitatibus Capituli, quibus aliunde prouideri non posit conuerti valeat, nec exinde mutuum, vel donatio fieri cuicumque Vniuersitati, vel singulari personæ, etiam si Regali, vel Pontificali præfulgeat dignitate ad ipsorum autem bonorum comunis mensæ administrationem, gubernationem, & fructuum redditũ, & prouentuum eorundem bonorum distributionem, vt prædicitur faciendam vnam, vel duas personas de Capitulo statuimus, & disponimus annuatim in Generali Capitulo ordinarij, quæ nisi forsam per arrendationem, seu donationẽ ad formam, vel venditionem, aut vnum annum, aut duos, aut plures eidem Capitulo vtilitati comuni fore magis expediens prouidi curam, & administrationem fidelem gerant, & de ipsis bonis, & de fructibus redditibus, & prouentibus ipsorum distribuant dent & soluant beneficia supradicta, & onera omnia incumbentia ipsi comuni mensæ suportent, & in sequenti Capitulo Generali de earum administratione annuali, etiam non requisiti compotum de receptis datis, & expensis pro minutim in prædicto Capitulo dent, librumq; compoti tradant, & legitimam rationem redant, & reliqua arbitrio Capituli diffinienda restituãt illico, & assignent, & illud quod de reliquis in pecunia fuerit in dicta caxa reponatur, cessantibus in his fraudibus, & machinationibus quibuscumq; ad quam quidẽ administrationẽ fideliter gerendã compotũ vt prædicitur reddendum, & reliqua restituendum, & assignandũ sciant personæ, huiusmodi ex districto precepto, & iuramenti religione vigore statuti huiusmodi se teneri. CÆTERVM sic volẽtes dictis Canonicis, circa stipendia sua percipiẽda salubriter prouidere, quod eis deserendi Ecclesiam, & ipsius seruitium

viam

viam iniquā minime aperirem §. Decernimus neminem ex Præbendatis prædictis Præbendē suā, aut fructus, redditus, & prouentus eiusdē. ac bestuarium de Præpositura posse recipere, vel habere, nisi in ipsa Ecclesia residentiam fecerit personalem, saluo tamen, quod duo Canonici tantum de licentia Domini Episcopi, & Capituli in studio existentes. Prouisio tamen quo ad arbitriū Decani, & Capituli in officio vnum teneant seruitorē, & duo alij obsequijs eiusdem Domini Episcopi insistentes Præbendas suas iuxta morem recipiant, vt præsentes residētiā autē in Ecclesia eos Canonicos intelligimus, qui per octo menses saltim in anno residentiam personalem fecerint in Ecclesia supradicta Archidiaconum insuper Sanctæ Engratiæ residentiam in Oscen. Ecclesia facere interpretamur, quotiescumque personaliter apud Ecclesiam Sanctarū Massarum Cæsaraugustæ fuerit constitutus, annum autem quoad prædicta, & etiā quo ad percipiendos, & soluendos fructus, & redditum Præbendarū, & Beneficiorum suorum in Calendis Maij volumus, & decernimus incoari. Canonicus autem quilibet qui fructus Præbendæ suæ, & bestuario etiā de Camara, vel parte eorum perceptis cesserit, vel decesserit, aut ab Ecclesia se duxerit, ausentandum ex virtute huiusmodi statuti iurati sciant se districte, & iuramenti religioni teneri ad restituendū successori. Eo casu quo cesserit, vel decesserit, seu communi vtilitati aumentandorum fructum Præbendarum, iuxta inferius annotata, & casu quo se duxerit absentandnm totum, id quod eum vltra debitum recipisse contingerit, iuxta rata temporis siue anni quo durauerit esse Canonicus, aut residentiam fecerit in ipsa Ecclesia, post præfatas Calendas Madij, similiter si Canonicus aliquis tempore collectæ, vel post quocumquę vsq; ad sequentes Calendas Madij: nouiter creatus fuerit vel venerit ad Ecclesiā Oscen. Transiens vel moram, aut residentiam facturus, ibidem de fructibus post Calendas Madij perceptis recipiat pro rata temporis vsq; ad Calendas Madij proxime tunc futuri, nisi tali tempore eratus fuerit vel venerit, & tamdiu residentiā fecerit quod in Calendis Madij, sequentibus viij menses suæ residentiæ sint cōpleti, quo casu ab integro suā Præbendā cum bestuario, merito nasciscatur, ac si ab anni principio ad fuisset saluo quo ad creatū Canonicū de nouo Aniuersariorū, Capitulo infrascripto fructus autē, & reditus, ac probentus Præbendarum Canonicorum non residentiū, recipiat, & collegat vnus Canonicus ad hoc per Capitulū annuatim in Generali Capitulo asignandus, qui satisfacto ex ipsis Canonico Præbendato, si infra annum ad Ecclesiā accesserit pro rata temporis, & fructuum Præbendalium omnibus tamenque incumbent Canonico residenti, pro eis congrue suportatis residuum in pecunia numerata in vna caxa, alia á prædictaque duas claues, habeat quarum vnam Decanus aliam vnus ex Canonicis, quem Capitulum elegerit teneant reponatur integraliter, & fideliter perpetuis temporibus annuatim, & illa pecunia in nullas alias necessitates, vel vsus conuerti valeat, quam in aumentum redditum, tantummodo omnium Præbendarum, vt sic ex industria Canonicorum & Præbendarum redditus augeatur, saluo, & retento quod huiusmodi fructus, vsque ad quinquenium proximium cedant, in exhonerationem debitorum prædictæ mense comunis, Canonicus autem ad hoc per Capitulū annuatim in generali Capitulo, assumendus sciat se ex districto præcepto ex iuramenti religione vigore statuti, huiusmodi ad suam administrationem bona fide gerendam, & non comunicandam, vel consentiendā, aut collorandam fraudē in his efficaciter obligatū cum secundū Apostolum inter dispensatores, hic iam quæritur, vt fideles quis inueniatur, & cum Præbendæ ipsius Ecclesiæ ab antiquo taxatæ fuerint in decima ad viginti quinq; libras Iaccen. declaramus & ordinamus quodammodo cōmunis mensa Canonicorū, seu Præpositura prædicta ad soluendā decimā, vel subsidia, aut subeūda alia onera pro prædictis nequaquā remaneat obligata, sed ipsi Præbendati Canonici residentes, vel non residentium Præbendarum ipsorū collector, vt prædicitur asignandus remaneat obligatus. Nec

in-

intelligimus quod collector huius aliquid de tritico Præbendali, vel de bestuario à Præpositura, vel Archidiacono Cameræ dando recipiat pro CANONICIS nō faciētibus residētiā in Ecclesia ante dicta, sed declaramus, & ordinamus. Quod id pœnes Præpositurā, vel Archidiaconū remaneat, sicut actenus cōsueuit; saluo quod Præpositura panē, & collector Præbendarū, Canonicorū absentiū xij. denarios pro singulis diebus, cū duplis solitis, si quę tunc fuerit Canonicis ad Ecclesiā veniētibus infra annū ministrare tantūmodo teneatur. Pia vero cōsideratione cōmoti statuimus, quod quilibet Canonicus Oscen. post mortē suā fructus, redditus, & prouentus Præbendæ suæ cum bestuario per annū à die mortis eius continuæ computandū habeat taxationem, videlicet vel residuū pro vt collector, ac distributor communis Aniuersariorū, iuxta constitutionē Papalē elegerit vt pro suo Aniuersario in Ecclesia faciēdo de censuali emēdo, ex fructibus, & redditibus ante dictis, nec moleste ferat nouus Canonicus si primo anno caruerit fructibus, & prouētibus ante dictis quoniā eos erit post mortē suā pro causa simili habiturus. Atendētes autē quo ad exēplar Cœlestis Hierarchiæ diuissi gradus, & ordinis sunt in Ecclesia Militante diuinitus instituti, vt ex ipsis omnibus, vna fiat sublimitas, & solēnitatis concordia in sacrificijs, & laudibus persoluēdis altissimo, *cumque in Ecclesia Oscen. Nouissime sex Canonijs Presbyteratus ordo tantummodo est annexus videlicet Canonijs, quas nunc obtinemus. Nos Raymundus Petri Grimonis, Petrus Martini de Saruisse, Martinus Sariñena Iunior, Arnaldus de Francia; Guillermus Bruni de Sala, & Bernardus Seruonis*; & propterea iustum & altissimo placidum merito reputatur, vt in diebus saltim Dominicis, & festiuitatibus, quæ colluntur Canonico Presbytero celebranti in Altari Maiori per Canonicos in Epistola, & Euangelio seruiatur. *Ideo prædictis Canonijs Sacerdotalibus duas alias, vt inter se onus iniunctū condiuidant, leuiusq; comportent decernimue adiungādas, cæteras vero Canonias omnes cū vacauerint Diaconiles, vel Subdiaconiles esse volumus iuxta ordinē infertus ad notatū, & eis omnibus onus Diaconi, vel Subdiaconi, per vices dictis diebus, & festiuitatibus imminere*, excepto Decanus qui apud Capituli esse dignoscitur, & Presbyter esse debet, propter quod si Diaconalē, cū cōtigerit habere Præbendā, ad vicē de Euangelio, vel Epistola, gerenda non intellegimus obligari, huius igitur auctoritate staturi decernimus. *Quod Præbenda quæ nunc obtineo ego Raymundus de Perolo, perpetuo sit Diaconalis de alijs vero non Sacerdotalibus proxime vacaturis, prima vacatura sit Subdiaconalis, & sequētes duæ ex tūc proximæ vacaturæ sint Sacerdotales, de reliquis vero decē successiuè, vna sit Diaconilis, & alia Subdiaconilis, donec numerū vicenariū compleatur, & sic erunt Sacerdotales octo, & sex Diaconales, & vj. Subdiaconales, intuentes quod antiquiores Canoncci gradatim, habentes Sacerdotales dumtaxat, cæteri vero Sacerdotales, vel alias possint si voluerint meliores cū vacauerint obtare Præbendas, sed in optandis Sacerdotalibus habētes Præbēdas Sacerdotales. Cæteris Canonicis præferātur*, quilibet autem qui ad aliquā de ipsis Præbendis, ex tunc assumptus fuerit teneatur, si iā nō sit infra annū à tēpore quo ipsa Præbenda, & pacificam possessionē eiusdem habuerit ad ordinem. Quem ipsa Prębenda requiret se facere, & faciat cessante impedimento Canonico promoueri. *Alioquim ipsa Præbenda, & iure Canonicali eo ipso absque monitione aliqua sit priuatus, & ipsa Præbenda alij conferatur qui vellit, & possit quod præ dicitur ad implere.* Incorporationem autem seu annexionem olim factam prędictis sex Sacerdotalibus Canonijs, & Ecclesia de Costean confirmamus, & etiam aprobamus, *decernentes eosdem sex Sacerdotales Canonias habentes, & successores eorum tantum de communi Præpositura annuatim, donec expensis Præpositurae possessionem pacificam illius Ecclesiæ fuerint assequti sexcentos solidos inter se, æqualiter diuidendos debere percipere antequam alij Canonici simplices, vel Dignitates habentes recipiant bestuarium*, eis superius asignatum prædicta igitur omnia, & singula. Nos di-

cti Vicarij, Decanus, & Capitulũ, & *singuli nostri*, per Nos, & successores nostros, & per Dominum Episcopum, & eius successorem, iuramus ad Sancta Dei Euangelia corporaliter tacta Nos semper inuiolabiliter obseruare, & quantum in Nobis fuerit ab alijs facere obseruari. STATVENTES vnumquemque Canonicũ quam de nouiter fuerit admittendũ antequam admitratur teneri, & debere præstare de obseruãdo huiusmodi statuto, & contentis in eo quantum in se fuerit corporaliter iura mẽtum, si qua vero dubia vel ambigua remanserit in prædictis interpretandis ea esse, etiam constituendi salarium, vel remunerationem prædictis administratoribus, siue collectoribus ad arbitrium Capituli, necnon, & ordinandi in posterum si videatur expediens quod Præbẽdas Sacerdotales, habentes ad alias transferri posśint Domino Episcopo, & Nobis retinemus omnimodam potestatem. IN quorum omnium testimonium hoc præsens statutum per infrascriptũ Notarium in publicã formam, reddigi mandauimus nostris subscriptionibus, & singulorum Curiæ Domini Episcopi, & etiam Capituli a pensionibus roboratis. QVOD est actum loco die, & anno præfixis, præsentibus Ioanne Bandresi, & Raymundo de Bielsa, Presbyteris, ad prædicta pro testibus vocatis, & rogatis. Postea vero eadem die dictus Petrus Martinus de Saruisse, præsentibus Petro Montaragon Notario, & Dominico de Gauin domicello, ac Petrus de Talarino, prædicti præsentibus Venerabilibus Garcia de Vnicastro, & Roderico de Gudar, militibus pro testibus ad hoc electis, & rogatis de obseruandis statutis prædictis, sub forma prædicta inhibi cõtenta præstiterunt in posse mei Notarij corporaliter ad Sancta Dei Euangelia iuramentum. POSTEA die Sabbati decimasexta Kalendas Februarij, anno quo supra dicti Domini, Vicarij, Decanus, & Canonici in Domo Capituli Oscen. Ecclesiæ, vt Capitulum congregati fecerũt, & iurauerũt super infrascriptũ statutũ, cuius tenor sequitur, in hũc modum Remouentes statutum super his olim editum, & ipsum ampliantes ad firmum validantes, ac irreuocabili constitutione decernimus, statuentes quodammodo nullus quacumque auctoritate etiam, si ad mandatũ S. dis Apostolicæ, vel eius legati receptus, sub expectatione Præbẽdæ, fuerint in Canonicũ Oscen. Ecclesiæ, & in fratrem, habere adquirere, vel adipisci posśit in ipsa Ecclesia Dignitatẽ, vel personatum, aut officium, vel administrationem quamcumque donec Præbendam Canonicalem de numero vicenario inhibi, saltem per collationem Canonicam fuerit assequtum, nec antequam Præbendam huius ibi habeat vocem sibi vendicet in Capitulo, nec admitatur ad communes tractus, nec ad Aniuersaria, vel distributiones, quæ ad horas venientibus tribuuntur, & vt hoc salutare statutum perpetuis temporibus obseruetur, Nos omnes, & singuli, per Nos, & successores nostros, & per dictum Dominum electum, & eius successores iuramus ad Sancta Dei Euangelia corporaliter tacta, quod prædicta omnia obseruabimus, & quantum in Nobis fuerit obseruari ab alijs faciemus actum fuit, & iuratum dictum statutum per dictos Dominos Vicarios, & Canonicos dictis loco & die, & per dictum Dominum Petrum Martinum de SarbisseEleemosynarium die Dominica crastina præsentibus ad prædicta Ioanne Bandresi, Raymundo de Bielsa, & Raymũdo de Bolea, Presbyteris vocatis testibus, & rogatis, ego Raymundus de Perolo, Canonicus, & Vicarius Domini electi prædicta subscriuo, ego Martinus Lupi de Azlor Decanus Oscen. subscriuo, ego Raymundus Petrus Grimonis Canonicus Oscen., & Archidiaconus de Ansonæ, subscriuo, ego Petrus Martini de Sarbisse Eleemosynarius Oscen. subscriuo; ego Dominicus Ezquerra Oscen. subscriuo; ego Adam de Osicasilla, Canonicus Oscen. subscriuo; ego Raymundus Porcelli, Canonicus Oscen. subscriuo; Ego Iacobus Dionys. Canonicus Oscen. & Vicarius Domini electi subscriuo; ego Arnaldus de Francia, Præpositus Oscen. subscriuo; ego Martinus de Sariñena, Archidiaconus de Serrablo subscriuo; ego Petrus Talarin, Archidiaconus Valium, subscriuo; ego

Mar-

Martinus de Sariñena, Capellanus Maior subscriuo; ego Bernardus de Serone, Oscen. Canonicus subscriuo. SIG ✠ NVM mei Raymundi Ferrarij Notarij publici, auctoritateque Regia per totam terram, & iurisdictionem Domini Regis Aragonum, qui prædictis omnibus, & singulis præsens fui, hoc scribi feci, & in præsentem publicam formam redigi mandatorum Dominorum, Vicariorum, & Capituli prædictorum anno loco, & diebus superius annotatis, constat de suprapositis xvj. vbi dicitur scilicet de Arrassal, & in xxjx. vbi dicitur in crastinum Pentecostes xxx. solidos, & in crastinum Resurrectionis Domini xxx. solidos, & xxx. vbi dicitur cuilibet, & in xxxxiij. vbi dicitur, vel decesserit, & in lvij. vbi dicitur vicen, lineri, constat etiam de supraposito in xxvij. linea vbi dicitur, & x. denarios. Aseruitque dictus Procurator, quod cum vellit, & intendat se iubare de dicto instrumento publico diuisionis Præbendarum in diuersis partibus, & locis, & coram diuersis iudicibus timeatque quod si dictnm originale instrumentum publicum diuisionis, hic, & illuc transmiteretur posit faciliter amiti delacerari & alia incommoda verisimiliter subsequi. Ideo dictus Procurator suplicauit dicti Domino Locumtenenti quod dicto originali instrumentum publicum, in Regestrum actuum communium præsentis Curiæ, scribi, & exemplari, ex indeque in transumpti formam redigi, & sigillo eiusdem Curiæ sigillare, mandaret dictum transumptum auctorizaret, & suam, & dictæ Curiæ auctoritatem pariter, & decretum iudiciale impenderet, & impartitur, & dictus Dominus Locumtenens, dictum originale instrumentum publicum suis in manibus accepit, vidit legit diligenterque inspexit, & quia clarium integrum non viciatum, nec cancellatum, neque in aliqua eius parte suspectum sed omini prorsus vitio, & suspitione carens ac in suis vera, & originali forma inuenit scribi transumptari, ex indeque transumpti formam redigi, & sigillo dictæ Curiæ impendenti sigillare iusit, & mãdauit dictumque transumptum auctorizauit, & eidem, & dictæ Curiæ auctoritatem pariter, & decretum iudiciale impendidit, & in partibus fuit, voluitq; & decreuit quod huiusmodi transumpto tanquã dicto originali instrumento publico, plena, & in dubia fides adhibeatur, & illistetur prorsus, pro vt in dicto originali instrumento, exhiberetur, & ostenderetut. EX quibus omnibus, & singulis per me Notariũ dictæ causæ infrascriptũ hoc præsens publicum fuit, confectum instrumentum vnum, & plura & tot quot sint necessaria, & haberi requisita, Præsentibus in eadem Curia Ioanne Michaele Pallares, & Augustino Frãces de Villalobos, Notarijs Regis, & dictæ Curiæ Cæsaraugustæ, habit. pro testibus ad præmissa vocatis, & assumptis.

SIG ✠ NVM mei Michaelis de Burgos, Ciuis Ciuitatis Cæsaraugustæ, & in eadem domiciliati authoritateque Regia per totas terras, ac dominationes Domini nostri Regis, publicis Notarij, Regentisque substituti, quandam ex Scribanijs Curiæ Domini Iustitiæ Aragonum, pro Iosepho Perez, Notario dictæ Scribaniæ, principali Regente, qui huiusmodi instrumentum publicum transumpti à suo originali libro, siue regestro actuum communium, & emparamẽtorum prædictæ Curiæ, & Scribaniæ anni millesimi sexcentesimi trigesimi primi, vbi continuatum existit manu aliena scriptum extraxi comprouabi, & signaui; Constat de suprapostia ob culpam scribentis vbi legitur, de Apies, & de Lenis Canoniæ, vero prædicti Ægidi Lupi quartas Ecclesiarum, ordei quinquaginta caficia, abenæ quinquaginta caficia, quolibet, maioris, Præbendam, doneo, & x. caficia tritici prorata in anno. Item x. Portionarij si præsente fuerint cuilibet octo denarios pro die, quod duo Canonicis tantum de licentia Domini Episcopi, & Capituli, in studio existentes Prouisio tamen super, & de enmendatis vbi legitur, retinemus, libras, P, & de rassa enmendata vbi legitur in autem, insuper Sanctæ.